

quas sola ratio suppeditat, ita et nunc his nubilis tempori-
 bus TVIS, ille TIBI satisfaciet efficacissime. TVA sint
 verba, quibus vndiquaque pressus Apostolus, mentem in-
 concussam declarant. Philipp. III, commate 13 πάντα ἰσ-
 χύω ἐν τῷ ἐνδυναμῶντι με Χριστῷ. Sic perferes, sic vinctes,
 quid? quod ὑπερνικήσεις Rom. VIII, 37. Non est, vir SPE-
 STATISSIME atque DOCTISSIME! vt argumentorum philoso-
 phicorum serie TE morer. Praeter innumeros alios, sat multa,
 ut mortem aequo animo suadentia, congeffit PLVTARCHVS in li-
 bro *de Consolatione*. Habuit etiam mortis commendandae am-
 plissimum vberimumque campum ALCIDAMVS. Maiora eaque
futura sunt, quae intuenda putas, et quae praelentis mali mole-
 stiam minuunt. Memoratu quidem dignum, quod homines a
 veri Numinis cognitione remoti SPE, Dea quadam sua, sese in mi-
 seriis solati sint. Nominarunt eam γηρότροφον, quia senes potissi-
 mum aleret, iisque iucunditatem praestaret. Sed o mi erant
 spem eorum! quos PAVLLVS Eph. II. 12 ἐλπίδα μὴ ἔχοντας καὶ
 αἰθέου vocat. Nec sine vanitatis augurio, templum SPEI,
 Deae illius ter incendio consumtum est. Primum quidem
 ante bellum Actiacum, teste Dione libro 50. Deinde ful-
 mine ictum T. SEMPRONIO GRACHO Consule et QV. FA-
 BIO filio licet autem reficeretur idem, creatis his triumvi-
 ris: rursus tamen conflagrauit. Non adeo ficulnea est spes
 CHRISTO consecratorum hominum. Firmior spes TVA
 VENERANDE SENEX! in DEO vero, infinito, cuius sin-
 gulae infinitae virtutes pro nobis militant, postquam hic
 benignissimi sospitatoris IESV CHRISTI meritis nobis
 reconciliatus est. Certus es ipsum beneficentissimum Nu-
 men, et inprimis SPIRITVM SANCTVM factorum no-
 strorum sapientem oeconomum esse, eaque et gubernare,
 et ad immortalis animi aeternam felicitatem exquisitissimo
 quaeque tempore accommodare. Speras, quae non vides,
 et tamen certa sunt. Τάχα διὰ τοῦτο ἔχωρισθῆ πρὸς ὤραν,
 ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς Philem. 15.

Quodsi